

DOS SERMONES DEL PAPA JUAN 22

Introducción y edición de
MARIANO PRADOS S. I.

INTRODUCCION

El nombre de Juan 22 ha entrado en el campo de la teología dogmática, principalmente por las encarnizadas disputas, suscitadas en torno a su opinión sobre la visión beatífica. Según dicha opinión, retractada por Juan 22 en el lecho de muerte, las almas de los justos, que no tengan que purgar, y las ya purificadas, aunque se encuentran desde ahora en el cielo, no gozan de la visión de la esencia divina, hasta después de la resurrección y juicio universal, teniendo que contentarse mientras tanto con la contemplación de la sola Humanidad de Cristo.

Son tres principalmente los sermones en que Juan 22 trata de las almas separadas. En la Biblioteca Nacional de París, manuscrito latino 3290, se contienen unos sermones de Juan 22, que tratan principalmente de fiestas de la Santísima Virgen. En este manuscrito, sin duda por estar mutilado el códice, no se encuentran los sermones que tratan del estado de las almas separadas. En cambio, en la Biblioteca de la Universidad de Cambridge se conserva un manuscrito gótico latino del siglo 14, el Ms. II, 3, 10, en que se reproducen íntegros los dos primeros sermones, en los folios 1r - 10v. Del tercero sólo se conservan algunos fragmentos, citados por Nicolás Minorita.

El primer sermón tuvo lugar el día de Todos los Santos, 1 de noviembre de 1331, sobre el tema *Mementote operum patrum vestrorum, quae fecerunt in generationibus suis, et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum* (1), y se contiene íntegro en el citado manuscrito cantabrigense, folios

1r - 3v, y en el Cod. Paulino Monasteriense, num. 231, según Staender, fol. 125. Se encuentra también un extracto del mismo en Nicolás Minorita, *Chronicon de iis omnibus quae circa quaestionem tempore Ioannis XXII ortam de pauperate Christi et Apostolorum eius gesta et facta sunt*, existente en la Bibl. Nat. de París ms. 5154 fol. 255ss.

Este sermón es un modelo por la claridad en el desarrollo y sucesión de las ideas. La primera parte, la más extensa, es casi toda ella una exhortación a las buenas obras; en la segunda, se pasa a hablar de la recompensa de las buenas obras, y en ella expondrá el Papa su opinión sobre la visión beatífica. Empieza Juan 22 diciendo que el hombre se mueve a la operación por la consideración de la dignidad y de la utilidad de las obras que pretende hacer. A la dignidad de las buenas obras se alude en la primera parte del texto: *Mementote operum patrum vestrorum, quae fecerunt in generationibus suis*. La utilidad se recomienda en la segunda, *et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum*. Desarrolla el tema, exhortándonos a las obras de nuestros mayores, y mostrándonos lo que Dios hizo en ellos, distinguiendo entre las obras de creación, de redención y de perfección. Se detiene en considerar la creación y conservación de las cosas por Dios, y la utilidad que su memoria nos reporta.

Considera después la redención, amonestándonos con frases de suma devoción y abundancia de textos de la Escritura, a la memoria de tan gran beneficio, y a corresponder a él con obras de amor. Finalmente, nos incita largamente a conmemorar "opus perfectionis; opera enim quae fecerunt patres nostri sancti qui precesserunt; immo quae Deus operatus est in eis et per ipsos, non ipsi soli".

Después de considerar la dignidad de las buenas obras, pasa a hablar de la utilidad y premio de las mismas, y aquí, como decíamos, es donde, por primera vez, expone claramente su opinión sobre la visión beatífica, siguiendo, según su interpretación, a San Bernardo. Antes de la venida y muerte de Cristo, las almas de los justos estaban en el seno de Abraham; después de la venida de Cristo, de su pasión y muerte y ascensión a los cielos, las almas justas permanecerán, hasta el día del juicio, *sub altare Dei*. Cristo, al bajar al seno de Abraham, libró a las almas que allí se encontraban, y las colocó bajo el altar, es decir, según interpreta Juan 22, siguiendo a San Agustín y a San Bernardo, bajo la protección y consolación de la humanidad de Cristo. Pero, después del juicio universal, serán colocadas sobre el altar, es decir, sobre la humanidad de Cristo, siendo elevadas a la visión clara de la misma Divinidad. Mientras llega ese día, las almas están libres de todo dolor, y de todo peligro de pecar, pero aún no han entrado en el gozo del Señor, en el cual entrarán, cuando se reúnan de nuevo con sus cuerpos en la resurrección.

Mes y medio después, el tercer domingo de Adviento, 15 de Diciembre, el Papa predica un nuevo sermón, notablemente más largo que el anterior, sobre el tema *Gaudete semper in Domino* (2). En el manuscrito cantabrigense ocupa desde el folio 3v al 10r.

Empieza el Papa, hablando de las dos venidas de Cristo, que se conmemoran en adviento, *de adventu in carnem et de adventu ad iudicium finale*; y, al hacer mención del gozo que cada una de estas venidas nos proporciona, entra en seguida en materia, tratando del beneficio de la gloria, que se nos promete en la segunda venida. Después de afirmar con San Agustín que nuestro galardón consiste en la visión de Dios, y que este galardón se debe al que hace el bien, pregunta quién es el que hace el bien, y a quién se debe el galardón, y responde que no el alma sola, ni el cuerpo solo, sino el sujeto, el *suppositum*; y concluye:

«Luego al sujeto es a quien se le debe el premio; si ni el alma ni el cuerpo por sí solos operan, sino el compuesto, luego al compuesto es a quien se da el galardón. Esta es la sentencia del bienaventurado Bernardo, en el sermón de todos los Santos, que las almas de los santos no recibirán el premio, es decir, la visión de la Divinidad, hasta que resuciten sus cuerpos, y entonces, después del juicio, recibirán su galardón».

Reconoce el Papa que algunos se admirarán de esta doctrina, y por eso trata de probarla abundantemente con la enseñanza de Jesucristo y la predicación de los Apóstoles. Con los argumentos que aduce en pro de su doctrina, va entremezclando las dificultades que pueden objetarle, y la solución que él mismo da a esas dificultades. Concede también el Papa que las almas puras o purificadas van al cielo, mas no para gozar todavía de la visión de la Divinidad, sino sólo de la Humanidad de Jesucristo. Sin embargo, la contemplación de la Humanidad glorificada de Jesucristo es para ellas motivo de gran felicidad, como lo prueba el ejemplo de San Pedro en la transfiguración.

A continuación, se extiende largamente el Pontífice en probar su sentencia con testimonios de los Padres, entre los que cita principalmente a San Agustín, de quien aduce numerosos textos, tomados de diversas obras suyas, en muchos de los cuales se ve ciertamente la oscuridad en que el santo Doctor se encontraba acerca del estado de las almas separadas. Aduce también textos de interpretación dudosa, tomados de San Fulgencio, (a quien falsamente cita con el nombre de San Agustín), de San Beda, San Juan Damasceno, Casiodoro y Hugo de San Víctor.

El último de los tres sermones fue predicado en la Vigilia de la Epifanía, 5 de Enero de 1332, sobre el texto *Tolle puerum et matrem eius* (3), y de él deduce Juan 22, como consecuencia lógica de sus doctrinas, que tampoco los condenados entran a padecer las penas infernales, hasta el día del juicio universal. El texto de este sermón no ha llegado hasta nosotros. Sólo se conocen los extractos que de él da Nicolás Minorita en la obra antes citada, fol. 255b, y Occam en el *Compendium errorum Iohannis papae XXII*, cap. 7, impreso a continuación del *Dialogus magistri Guillelmi de Ockam, doctoris famosissimi*, en Lyon, el año 1494.

No tenemos noticia de que, hasta el presente, hayan sido publicados los dos sermones que se conservan, pues no hemos podido encontrar ninguna referencia a su publicación, y todos los autores, que tratan de la materia, se contentan con citar el manuscrito cantabrigense. Creemos, pues, que es la primera vez que aparece en público el texto íntegro de estos sermones, que dieron ocasión a una de las más encarnizadas controversias en la Historia de la teología católica.

El texto, que ofrecemos a continuación, es el del manuscrito de la Universidad de Cambridge, cuyas fotocopias nos fueron amablemente facilitadas por el Bibliotecario de la Universidad, a quien desde estas líneas manifestamos nuestro agradecimiento. Agradecemos también al P. Manuel Sotomayor S. I., Profesor de Historia Eclesiástica en esta Facultad, la valiosa ayuda que nos ha prestado en la lectura e interpretación, a veces harto oscura, del manuscrito.

TEXTO DE LOS SERMONES

Sermón Primero

1 de Noviembre 1331

- 1 [fol. 1r] **Sermo in die omnium sanctorum factus per dominum Jo-**
hannem papam XXII. Anno domini millesimo/ trecentesimo trigesimo
primo./ (1)

Mementote operum patrum quae fecerunt in generationibus suis, / et accipietis gloriam magnam et nomen eternum. I Macab. 2[,51]. Beatus/ Bernardus in quodam sermone praesentis solempnitatis dicit sic./

5 *Fidelis sermo et omni acceptione dignus, ut quos solempni ve/neratio-*
ne prosequimur et simili conversatione consequamur. El quos sanctissi-
mos praedicamus/ ad eorum beatitudinem tota aviditate curramus; et
quorum delectamur praeconiis/ eorum patrociniis sublevemur. Ad hoc
10 *autem quod ista possimus consequi, ortamur in/ verbis propositis ut*
sanctorum patrum qui nos praecesserunt opera virtuosa ad me/moriam
reducamus; nam aliter non sciremus eorum opera imitari. Et ideo in
verbis/ propositis tanguntur duo quae consueverunt hominem movere
ad aliquid operandum;/ consuevit enim moveri ad aliquod opus ope-
randum aliquis vel propter operis dignitatem/ vel propter operis utili-
15 *operis dignitas, cum dicitur: mementote operum patrum quae fece-*
runt in generationibus/ suis. Secundo evidens (a) utilitas cum subditur:
et accipietis gloriam et nomen eternum. Primo ergo ortamur hic ad
memorandum opera patrum nostrorum; certe aliter ut/ dictum est,
non possemus eos sequi, nisi sciremus quid ipsi fecerunt in generatio-
20 *nibus/ suis; et ideo dicitur: Mementote operum etc. Memoria au-*
tem praesupponit scientiam vel in/ actu vel in habitu. Debemus
ergo memorari opera patrum; et quantum ad praesens/ videtur quod
tria opera debemus in mente tenere; videlicet, opus creationis/ opus
redemptionis, et opus perfectionis sanctorum patrum, quae ipsi ope-
erati sunt, immo/ quae Deus operatus est in illis, sicut dicit Isaias
Propheta, 26[, 12]: omnia opera nostra o/peratus es nobis Domi-

- 1 El texto de los dos primeros renglones de este folio del manuscrito está dispuesto así:
 Sermo in die omnium sanctorum factus per [.....]. Anno domini millesimo
 Mementote operum patrum quae fecerunt in generationibus suis, CCC^m XXXI^o

ne. Dico quod in memoria debemus habere, opus creationis/, quomodo Deus nos creavit de nichilo, et quando celum et terram et omnia quae in eis sunt (b)/ et continentur; et intelligatur hoc verum esse, quod ista quae nos videmus exterius visi/biliter, facta fuerunt et fiunt de materia praeiacente, et illa creata sunt a Deo ex/ nichilo; et ideo dicemus quod celum et terra (c) et alia sunt creata, quia facta sunt de/ materia quae non habuit esse nisi per creationem. Et ideo ad memorandum huiusmodi creationem or/tatur nos Scriptura Sacra, Eccl. [12,1] ultra: memento creatoris tui in diebus iuventutis tuae/, etc. Carissimi: memoria creatoris et creationis multum est nobis utilis; gignit/ enim in nobis multiplex bonum; quia gignit in nobis admirationem timoratorum/ et gratiarum actionem. Dico hic primo quod memoria creatoris et creationis gignit/ in nobis admirationem. Nova enim consuevimus admirari; et nonne apparet tibi/ novum de nichilo facere aliquid? certe istud est ita novum quod numquam invenire/ poteris, et nisi unicum artificem talem. Mirabile enim est de nichilo aliquid facere;/ nec istud potest bene (d) capere intellectus humanus quia infinitae potentiae est hoc./ Ex hoc arguere possumus Dei potentiam infinitam; et hoc certe pariet in te veri/dice (e) timorem divinum memoria creationis; quia sicut Deus fuit potens te de ni/chilo facere et creare, sic et potens est te adnichilare; immo non oportet quod in hoc/ aliquid agat, sed solum manum retrahat; ipso enim retrahente manum suam omnia/ rediguntur in nichilum. Vere si consideremus istam potentiam tantam et talem/ multum deberemus timere Dominum et ipsum revereri. Unde non dicitur tantum creator/ sed et conservator; nec est sic de eo sicut de aliis artificibus; alii enim operarii/ et artifices, facto opere, et completo, recedunt si voluerint, quia opus remanebit/ [fol. lv] in esse suo perfecto; ut si recedat domificator, facta domo vel faber, facto cultello,/ remanebunt in esse suo domus et cultellus. Sed non est sic de Deo creatore, quia/ si, opere facto recederet, vel retraheret manum suam, opus redigeretur in nichilum et/ hoc est quod dicit Apostolus, hebr. 1[3], loquens de Dei verbo: portans omnia verbo/ virtutis suae; portans, id est conservans. Dicunt aliqui de ista materia simile de/ aere et sole. Vos enim videtis sensibiliter, quod sol multos radios emittendo/ illuminat aerem et facit eum luminosum; sed sole occidente vel radios re/trahente statim fit aer tenebrosus nichil habens de luce. Et ita est recte/ [de] sole isto nostro iustitiae quod quando emittit radios suae potentiae, omnia conservantur/ sed si retineret seu retraheret, statim redirent in nichilum; et si quae- ras/ causam et rationem huius diversitatis in aliis artificibus et in Deo, respectu suorum/ effectuum, fiat; est quidam artifex qui est causa sui effectus et sui operis quantum/ ad fieri et non quantum ad esse; et est quidam artifex qui non solum est actor et causa/ quantum ad fieri

b *Palabra de dudosa lectura.*

c *ms.: terram*

d *ms.: facere capere. Tachado facere*

e *ms.: viridice*

- sed et quantum ad esse. Si primus artifex, scilicet, qui est causa tantum in fieri/ recedat quo voluerit opere confirmato, remanet opus in esse suo; sed de/ illo artifice non sic. Unde sic[ut] vos videtis quod si iste qui [est] auctor in fieri/ tantum, recedat antequam opus compleatur et confirmetur, opus ultra non procedit/ sed remanet incompletum; ita si Deus qui est causa in esse non remanet cum effectu/ et opere, non remanebit res in opere suo, sed in nichilum reducetur.
- 20 Ergo/ considerata ista potentia multum debemus timere eum; et propter hoc dicitur Jer. 10[,7] : / quis non timebit te, o Rex gentium. Sed de multis potest responderi quia non est/ timor Domini ante oculos eorum, sicut dicit psalmus [13,3]. Et ideo non potuerunt diu subsistere/ nisi se corrigant, quin ad infernum descendant. De talibus conqueritur Dominus,/ Mal. primo [,6] : si ego Dominus, ubi timor meus? et ideo dicebat Sap[iens], Eccli. 27[,4] : si non/ in timore Domini teneris te cito evertetur domus tua. In isto enim timore de/ bebemus nos tenere et in ipso gloriari; quia timor Domini gloria et glorificatio, le/titia et corona exultationis. Unde dicitur Eccli. primo [,11]. Certe ex isto timore filiali/ omnia bona procedunt. Item dico quod memoria istius creationis gignit gratiarum/ actionem specialiter in christiano. Si aliquis figulus de massa eadem alicuius terrae/ formaret vasculum in honore utpote pulchrum et aptum ad ponendum coram rege, et aliud formaret in contumelia turpe et ineptum ad po/nendum coram garcione, nonne vas pulchrum si sciret loqui redderet gratias/ figulo?; et certe sic est de nobis. Homines et iumenta fecit Deus de eadem terra;/ iumenta turpia, sed homines pulchros quantum ad figuram et formam et specialiter/ christianos quos formavit fide et gratia et virtute, quia possunt dicere : non est/ nacio tam grandis quae habeat deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest nobis/ ut habetur Deuter. 4[,7]. Certe nulli nationi sic fecit; unde possumus dicere illud Psalmi [147,20]/ non fecit taliter omni nationi. Et ideo si non erat aliud nisi solum beneficium Dei/ [Deo] summe tenemur; considera quod multi sunt sarraceni et judei meliores te,/ nisi in eo quod Deus operatur in te et quod te elegerit et illos dimiserit in errore/ suo et in infidelitate; multum teneris ad gratiarum actionem. Et ideo dicit Apostolus/ pro se et aliquo nostrum, 2 Cor. 9[,15] : gratias ago Deo meo semper inenarrabili/dono eius. Debemus enim in memoria tenere opus redemptionis nostrae. Carissimi,/ primi nostri parentes Adam
- 1 scilicet et Eva, sicut tanti fuerint in originali justitia,/ [fol. 2r] et habuerint gratiam gratum facientem, attamen stulti facti sunt; fuerunt enim peccatores/ et pro modico cibo omnia vendiderunt; et tamen si stetissent nos (f) fuissetis/ nati filii Dei et filii Patris; nunc autem propter peccatum eorum omnes nascimur filii irae, sicut/ dicit Apostolus ad Eph. 2[,3] : Eratis inquit natura filii irae. Sed Christus Deus noster nos re/demit a miserabili servitute peccati et diaboli. Certe de isto opere debemus esse/ multum memores. Ad hoc invitatur Apostolus, ad Hebr. 12[,3] : Recogitate eum qui talem/ sustinuit a peccatoribus ad-

versus semetipsum contradictionem. Certe istud numquam/ deberet deleri de memoria nostra, quod Dei Filius dignatus est pro nobis peccatori/bus nostram mortalem naturam assumere, mortem sustinere, et
 10 mortem vilissimam/ quia mortem crucis, et mortem sic afflictam sicut fuit illa, ut nos liberaremur/ ab eterna morte. Certe fuit excessus caritatis et amoris principium, ut ipse/ met Salvator ait in Johanne [15,13]: maiorem caritatem nemo habet, etc. Certe ipse/ habuit longe maiorem, quia pro inimicis animam posuit, sicut dicit apostolus, Rom./ 5[10]: Si enim [cum] inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Fi-
 15 lii eius; mag/na ingratitude nostra est si ista non ponderemus. Ait enim Johannes in Canonica [1 Io 4,19]:/ diligamus Deum quia prior dilexit nos; nimis est durus qui omnino renuntiat/ amatorem, qui primo amavit; ipse enim Christus voluit in amando nos preve/nire, ut ait Johannes in Canonica [1 Io 4,10]: In hoc apparuit caritas [Dei], non quod nos dilexe/rimus eum, sed quia prior dilexit nos. Unde
 20 nichil aliud petit a nobis, nisi ut/ diligamus eum; et in hoc solo sicut dicit Bernardus possumus respondere Deo. Non/ enim possumus Deum creare sicut ipse creavit nos, nec ipsum redimere sicut rede/mit nos, nec sibi aliquid de nostro dare, quoniam omnia sua sunt, et omnia/ ab eo recipimus, sicut ait Apostolus [1 Cor 4,7]: Quid habes quod non accepisti?; sed ipsum/ diligere possumus quia ipse dilexit
 25 infirmitatem nostram (g); super omnia amabilem/ te mihi reddidit, Jesu bone, calix quem bibisti, opus redemptionis nostrae/ multum quidem laborasti, venerabilissime Salvator, nec tantum laborem in omni mundi/ fabrica assumpsisti creator. Ait enim Bernardus super Cantica, sermone XX:/ Mirandum enim est qui cogitat quod Dei Filius pro nobis factus homo fuerit, suscepit/ formam servi, sustinuerit talem
 30 mortem. Carissimi, si nos consideremus ista et habea/mus in memoria nostra omnia, dignum est nobis pati pro Christo, et ideo Apostolus [ad] Hebr./ (h) 12[1s] ait: Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curra/mus ad propositum nobis certamen; aspicientes in actorem fidei et consumma/torem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Vere si illa aspiceremus/ iugiter in memoria, nichil esset nobis difficile pati pro Christo, et ideo dicit
 35 Apostolus/ Rom. 8[35]: Quis nos separabit a caritate Christi? an tribulatio, an angustia, etc./ et concludit quod nichil poterit ipsum separare, quia Christi amor omnia penalia/ reddit levia ad sustinendum illis qui diligunt Deum super omnia; ergo debemus/ sicut dictum est, habere in memoria opus nostrae redemptionis. Certe debemus/ etiam habere in memoria opus perfectionis; opera enim quae fecerunt patres
 40 nostri/ sancti qui praecesserunt, immo quae Deus operatus est in eis et per ipsos, non ipsi soli/ secundum quod dicit Apostolus, Philip. 2[13]: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et perficere. Si/ ita quaeras a me modo quae sunt ista opera patrum, reduco, frater, ad duo, sicut facit Apostolus in epistola ad Rom. Iustitia enim quae est

g ms. firmitate nostra

h ms. Hebr. [ad]

virtus generalis/ reducitur ad duo; stat autem in declinatione mali et
 1 in operatione boni, iuxta verbum/ [fol. 2v] psalmi [36,27]: declina a
 malo et fac bonum, et propter hoc dicit Apostolus, Hebr. 11 (i) [,33]:
 sancti per fidem/ vicerunt regna operati iustitiam: in hoc enim quod
 vicerunt regna ostenditur/ mali declinatio, sed in hoc quod operati
 iustitiam, et hoc per fidem, ostenditur boni/operatio, et in hiis duo-
 5 bus debemus eos imitari; sancti enim patres nostri per fidem/ vicerunt
 regna; tria regna scilicet: regnum mundi, carnis et diaboli. Vicerunt/
 enim tria regna mundi; mundus enim suadet divitias amare et quali-
 ter/cumque congregare; certe fides nostra ostendit in multis quod is-
 tae divitiae/ non sunt congregandae illicite, nec nimis amandae sunt;
 ostendit enim fides/ ex multis quod divitiae interdum sunt in malum
 10 dominorum suorum; et ideo per fidem sacrae/ Scripturae resistere
 possumus et debemus temptationibus mundi, et quod non est curan-
 dum/ de divitiis suis. Caro enim suadet delicias sectari et voluptatibus/
 frui. Certe, frater, Scriptura Sacra prohibet illas sequi; dicit Sapient.
 [Eccli 18,30s]. Post concupiscen/tias tuas non eas et voluptates tuas
 averte; quod si praestas animae tuae concupiscentias eius faciet te
 15 in gaudium inimicis tuis. Eccli. 18. Momen/taneum est quod delectat,
 eternum quod cruciat, ut dicit Gregorius. Diabolus vero sua/det hono-
 res et excellentias appetere et amare, et certe quando de talibus
 temp/tat esset sibi respondendum: male tibi contingit talia appeten-
 do; volebas ascendere/ indebite et ideo debite descendisti; primo eras
 in celo; modo es in inferno et/ merito, quia [Deus] superbis resistit;
 humilibus [autem] dat gratiam, Jacobus, 4[,6], propter quod dicit
 20 Apostolus/ Hebr. 5[,4]: quod nemo sumat sibi honorem nisi qui vo-
 catur a Deo tanquam Aaron, id est, indebi/te procuret sibi honorem.
 Bene ergo dicitur quod sancti patres vicerunt ista tria regna./ Sequi-
 tur: operati enim sunt iustitiam. Iustitia est reddere unicuique quod
 suum est. Nos/ enim sumus debitores nobis ipsis et proximo. Debemus
 25 Deo honorem et reverentiam;/ nobis ipsis poenitentiam et vitae cor-
 rectionem; proximo vero honorem et compassionem./ Sic enim ope-
 rati sunt iustitiam sancti patres nostri. Et ideo ista opera debemus in
 memo/ria tenere, non absconse sed cum effectu, ut ponamus extremum
 in opere hoc de/primo principali. Secundum vero principale quod tan-
 gitur in nostro themate est evidens utilitas/ et merces magna istorum
 operum. Ita habuisti in Evangelio statim lecto: Gaudete/ inquit et
 exultate quoniam, etc. [Mt. 5,12] et propter quod subdit: et invenie-
 30 tis gloriam magnam/ et nomen eternum. Frater, dices mihi: quae est
 ista gloria, quam patres nostri invenerunt/ propter opera sua? Carissi-
 mi, advertatis parum rationem (j). Bernardus (k) in quodam sermone vi-
 detur/ dicere quod merces sanctorum ante adventum Christi erat sinus
 Abrahae, post adventum Christi/ et eius passionem et ascensionem in
 celo, merces sanctorum est et erit usque ad/ diem iudicii esse sub altare

i ms. Hebr. 12

j parum rationem: *lectura dudosa.*

k ms. Baruch

- 35 Dei. Unde oportet dicere quod usque ad diem iudicii/ sub altare Dei erunt, et non in celo. Si tu vis scire quid intelligitur per sinum/ Abrahæ, dicit Augustinus quod plenius non potuit invenire licet multum cogitaverit/ in ista materia. Beatus vero Bernardus, ubi supra, quod sinus Abrahæ est/ quaedam portio inferni in qua patiuntur animæ; est tamen magnum chaos/ positum inter ipsum et infernum; ita quod
- 40 qui voluerint illuc inde transire, non pos/sunt, ut dicitur Luc. 16[,26]. Intelligit ergo Bernardus quod ista portio dicitur sinus Abrahæ/ et dicit quod ista portio est tenebrosa et sine lumine; et videtur hoc dicere Job/ [10,21] cum dicit : ante quam vadam et non revertar ad terram tenebrosam, etc. Attamen/ dicit Bernardus quod illa portio esto quod esset sine lumine, non erat sine requie;/ requiescebant enim sub
- 1 spe salvatoris adventus, qui fuit promissus/ [fol. 3r] Abrahæ, secundum illud Apostoli ad Titum, 2[,13] : expectantes beatam spem, etc. Post adventum/vero Christi et passionem eius et mortem, Christus ad locum illum descendit, qui limbus sive/ sinus Abrahæ nuncupatur, et omnes qui ibi erant Christus tunc liberavit et secum/duxit. De istis igitur loquitur B. Johannes Apocal. 6[,9], cum dicit : vidi sub altare/
- 5 Dei animas interfectorum propter Verbum Dei, etc. Quid est istud altare, frater, dicunt/ Augustinus et Bernardus, quod animæ (l) iustorum usque ad diem iudicii erunt sub altare/ id est, sub (m) protectione et consolatione humanitatis Christi Jesu; sed postquam Christus venerit/ ad iudicium, erunt super altare, id est, supra humanitatem Christi; sane quidem dicis, sicut/ dicit idem Bernardus; estne
- 10 hoc verum, quod anima quaecumque sancta possit ascendere/ supra Christi humanitatem?; certe post diem iudicii videbunt sancti et contemplantur/ non humanitatem Christi tantum, sed eius divinitatem, ut in se; videbunt enim patrem/ et filium et spiritum sanctum, sicut scriptum est : haec est vita eterna ut cognoscant/ te solum verum Deum et quem misisti Jesum Christum [Io 17,3]. Animæ ergo sanctæ ante diem iudicii/ sunt sub altare, id est, sub consolatione et protectione humanitatis Christi; sed post/ diem iudicii elevabit eas, ut videant ipsam divinitatem et secundum hoc dicetur/ ascendere supra altare. Dic mihi frater, in quo consistit gloria istorum ante diem iudicii? dicit idem Bernardus qui hoc dicit in psalmo in illo verbo : convertere anima/ mea (n) in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit, etc. [Ps 114,7s]. Ab istis duobus/ ultimis, scilicet a lacrimis et a lapsu, quamdiu sumus in hac vita non
- 20 possumus/ liberari; non enim possumus liberari a lacrimis, quia quamdiu miles est in certamine/, non est sine timore, quia varius est eventus belli; nec etiam pedes meos/ a lapsu, quia nescit homo finem suum : nemo enim scit utrum odio vel amore/ dignus sit. Oportet ergo quod sint verba eorum qui in celo sunt, et non repu/tes modi-

l *ms.* sanctorum iustorum : *tachado* sanctorum

m *ms.* protectore

n *ms.* animam meam

- 25 cam illam gloriam. Convertere, inquit, anima mea (ñ) in requiem tuam/
 etc., quoniam eripuit animam meam a morte, scilicet, de morte animae
 quae est peccatum/; Deus enim est vita animae, qui propter peccatum
 separatur ab anima; ab ista morte sunt animae/ liberatae. Et addit: et
 oculos meos a lacrimis; quae lacrimae in nobis sunt propter/ metus
 30 dubios exitus; sed illi sunt certi qui peccare non possunt, propter quod
 et/ subdit: et pedes meos a lapsu; sed tamen, licet ab istis liberati sint,
 non/dum intraverunt in gaudium Dei, sed satis quando intrabunt, cum
 scilicet, resument/corpora sua; rationabile enim non est quod illud
 quod est imperfectum perficiatur extre/ma perfectione, donec sit per-
 35 fectum perfectione sua propria. Et ideo quia anima nondum/ per-
 fecta est donec sit cum corpore proprio, non debet ei dare gau-
 dium perfectum, sed tantum/ dabitur sibi cum dicitur: intra
 gaudium Domini tui, quod tantum erit cum corpore, quia ut/ dicit
 Bernardus, in gaudium Domini sui (o) non intrabit anima sine corpo-
 40 re, nec praelatus sine/ plebe; sed tunc intrabunt in requiem Domini;
 de qua requie ipse loquitur Dominus/ cum dicit: in omnibus requiem
 quaesivi [Eccli 24,11]. In omnibus enim Dominus inveniet requiem,
 scilicet,/ in pena damnatorum et in glorificatione justorum. Et ita erit
 de nobis/ si bene fecerimus, quia voluntas erit unita voluntati divi-
 45 nae; quia qui adhae/ret Deo unus spiritus est cum eo, secundum Aposto-
 tum [1 Cor 6,17]; unde nichil vellemus, nichil desidera/bimus nisi
 quod Deus velit velle et desiderare; et tunc intrabit in regnum Dei/
 non in requiem vestram, nam modo intrant in requiem suam, quia
 50 habent gaudium/ non plenum; tunc enim verificabitur illud psalmi:
 beati qui habitant in domo tua/ Domine, in saecula saeculorum, etc.
 [Ps 83,5]; sed modo non sic; modo enim est gratiarum actio/ [fol. 3v]
 1 et obsecratio, propter quod dicit Johannes in Apocal. 6[9]: vidi
 subter altare animas interfectorum/ et clamabant, etc. Sed post diem
 iudicii laudabimus Deum propter adeptam gloriam/ in saecula saecu-
 55 lorum. Et hanc opinionem Bernardi videtur approbare Salvator in
 Mt [25,34], cum/dicit, et est verbum quod dicendum est in iudicio:
 60 venite, benedicti patris mei, per/cipite regnum, etc.; tunc ipsi ac-
 cipient regni possessionem; et sic videtur quod/ ante non acceperunt. Ad
 istud regnum et gloriam nos perducit Christus Dei/ filius qui est be-
 7 nedictus in saecula saeculorum. Amen. [...]

ñ *ms.* animam meam

o *ms.* tui

Sermón Segundo

15 Diciembre 1331

7 [fol. 3v] [...]. **Sermo secundus eiusdem Domini/ Joannis papae in tertia dominica de Adventu, de eadem materia./**

Gaudete semper in Domino, iterum dico, gaudete. Philip. 4[4]. Carissimi, sicut scitis/ sancta mater ecclesia facit et recolit memoriam isto tempore de duplici ad/ventu Domini nostri Jesu Christi; videlicet, de adventu in carnem et de adventu/ ad iudicium finale, qui adventu venturus est in fine saeculi. De illo ultimo adventu facit mentionem in prima dominica sancta mater ecclesia; de primo/ vero in secunda dominica istius temporis, et quia de quolibet istorum adventuum nobis/ parata (a) est magna materia gaudii, ideo hodierna dominica sancta mater ecclesia invitat/ nos ad duplex gaudium, pro utroque istorum adventuum, cum dicit: *gaudete in/ Domino, etc.* Incipiamus ergo ab ultimo, scilicet de adventu Christi ad iudicium finale./ et postea videbimus de primo, si tempus paciatur. Dicit ergo Apostolus: *gaudete, etc./* vere gaudere debemus, quia in utroque adventu nobis gaudia data sunt/ vel in re vel in spe. In primo adventu fuit nobis datum beneficium gratiae (b) secundum/ quod dicit Apostolus ad Titum, 2[.11]: Apparuit gratia Dei salvatoris nostri. In secundo adventu/ promittitur nobis dari beneficium gloriae; et ideo gaudium est, licet aliqui dicant quod/ gaudium est de praesenti bono tantum, Scriptura Sacra dicit aliquando gaudium/ esse de futuro. Cum spe gaudentes, dicit Apostolus [Rom 12,12], et Dominus in Evangelio [Lc 8,56]: Abraham exultavit ut videret diem meum; vidit et gavisus est. Et certe Abraham non vidit diem Christi in re, cum longe ante mortuus fuisset; sed ipsum credidit/ et ideo gavisus erat; vel potest dici quod gaudium erat de praesenti, quia licet res/ futura esset tamen spes erat de praesenti; quia et ita est de nobis, quod possumus gaudere de spe praesenti et de illo spectamus assequi in adventu Christi/ quando veniet ad iudicium. De isto enim gaudio potest exponi id quod scribitur Mt./5[.12]: scilicet, interius et exterius exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis. Frater,/ dic mihi quae est huiusmodi merces; respondet Beatus Augustinus quod visio Dei est merces nostra./ Tota visio videlicet deitatis et divinae essentiae, quia id est finis omnium desideriorum/nostrorum et omnium actionum nostrarum; quia ultra nichil restat desiderabile. Non tamen excludit beatus Augustinus ab ista mercede dilectionem, quia impossibile est videre divinam/ essentiam quin diligatur, cum sit obiectum nimis diligibile, utpote ubi nulla mali ratio reperiri potest et ubi omnis bona ratio reperitur seu reperietur. Unde quemadmodum/ in Scriptura Sacra cum aliqua dicuntur de Filio,

a Palabra de lectura dudosa en el manuscrito.

b Gratiae. Palabra de interpretación dudosa. El contexto pide que sea gratiae, como hemos interpretado; aunque por la lección pudiera también ser generale, que, como se ve, carece de sentido.

etiam cum termino exclusive, non/ intelligitur Pater exclusus, nec e
 40 converso, quia Pater est in Filio et Filius in Patre/ et idem est de Spi-
 ritu sancto, ubi praedicata non sunt relativa et personalia. Sic est in
 proposito/ quod visio divinae essentiae includit amorem et dilectio-
 nem. Quid autem includat/ eorum beatitudo principalis nichil ad prae-
 sens; merces ergo ista est visio, quero/cui ista merces reddenda est;
 semper dico quia merces ista reddenda est cui/ debetur. Hoc idem dicit
 Apostolus, [Rom]13[,7]: Reddit omnibus debita; cui honorem, cui
 1 vectigal, etc./ [fol 4r] Sed cui debetur? Certe, frater, promissa est
 scilicet bonum operanti; ita dicit Salvator illi juve/ni. Si vis ingredi
 serva mandata. Mt. 19[,17]. Et per vitam sumptam sine addito/ intel-
 ligitur vita simpliciter quae est vita beata et eterna. Illa enim est
 proprie vita./ Et est promissa ista merces diligentibus Deum. Sic di-
 5 citur I Cor. 2[,9]: que nec oculus/ vidit, etc. hoc autem est ipse idem
 sicut ipse dicit ad Abraham, Gen. 15[,1]: ego protec/tor tuus sum
 et merces tua magna nimis. Videtur ergo quod merces ista operanti/
 promissa est; et per consequens secundum apostolum debita. Cum (c)
 operatur merces non imputatur/ secundum gratiam, sed secundum de-
 bitum, Rom. 4[,4]. Quaero quis operatur meritoria cui haec/ merces
 debetur. Utrum anima per se vel corpus per se, vel utrumque simul,
 10 et/ non potest dici quod anima solum, vel corpus solum. Actiones enim
 sunt suppositorum/ et existentium; neut[rum] enim istorum quandiu
 anima est cum corpore existit per se/ sed suppositum existit. Supposito
 ergo huiusmodi debetur merces; hoc declaravit Sal/vator in exemplo
 cum dicit: Voca operarios et redde illis mercedem [Mt 20,8]. Si ergo
 15 anima/ per se non est operatrix, nec corpus per se operatur, sed com-
 positum, ergo toti (c') composito/ merces redditur. Ista fuit sententia
 beati Bernardi in sermone de omnibus sanctis/ ut alias recitavimus: quod
 animae sanctorum non recipient istam mercedem, scilicet/ (d) visio-
 nem deitatis quousque resurgant corpora sua, et tunc post iudicium/
 recipient mercedem. Mirantur de hoc aliqui ut intellexi. Frater, in mate-
 20 ria/fidei et in hiis quae tangunt fidem, magis est credendum auctoritati
 Sacrae Scrip/turae quam dicto alicuius doctoris et sancti. Videamus ergo
 quid in hoc voluit/ auctoritates Sacrae Scripturae; et quia nullus
 [melius] potest nos docere, quam salvator noster Jesus/ Christus, cui
 praesto sunt omnia et cui nichil futurum est; dicit enim Augustinus in
 libro/ de triplici habitatione, quod in illa eternitate divina, dies ju-
 dicii non erit, sed/ principaliter est, ut de hoc alias dictum est. Ergo
 25 Christo clarum est et perfec/te nobis potest respondere, si interrogemus
 ipsum quid ipse docuerit in terra/ nostra ista; quum ipse esset adhuc
 in hac vita: dic ergo nobis, rabbi, quid/tu docueris in hac materia.
 Certe ipse locutus est frequenter apostolis in para/bolis ad instructio-
 nem eorum et nestram. Audi parabolam quam dixit, Mt. 20[,1ss]:

c ms. unde; pero el sentido pida que se ponga cum, como lo hemos hecho. Po-
 niendo unde la frase carece de sentido.

c' ms. toto

d En el margen hay una inscripción ininteligible, que quizás sea la cita de San
 Bernardo.

- 30 *Si/mile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane
conducere apera/rios in vineam suam. Item egressus circa tertiam vidit
alios stantes in foro/ ociosos, et dixit illis: ite et vos in vineam
meam (e). Conventione autem facta/ cum operariis ex denario diur-
no misit eos in vineam suam. Item egressus/ circa tertiam vidit alios*
- 35 *stantes in foro ociosos et dixit illis: ite et vos/ in vineam meam et
quod iustum fuerit dabo vobis. Item autem exiens circa sextam/ et no-
nam horam et fecit similiter. Circa undecimam vero exivit et invenit/
alios stantes ociosos, et misit eos in vineam suam, nichil tamen promisit/
eis; et dicitur ibi: cum sero factum esset dixit dominus vineae pro-
curatori suo/: voca operarios et redde illis mercedem suam inci-
piens a novissimis/ usque ad primos; et acceperunt eandem mer-
cedem, quia singulos denarios./ Modo videte quomodo Christus descripsit in ista parabola formam futuri iudicii./ Paterfamilias est Deus
40 Trinitas qui in principio misit operarios in vineam./ id est, in eccle-
siam, secundum sanctos qui ab Abel usque ad ultimum electum, om-
nes/ sunt operarii; et ita fecit successive per etates et tempora, novissi-
me autem/ misit apostolos et discipulos et omni die mittit alios; sed
1 quidem sero, id est, in/ [fol 4v] fine mundi dicit iste procuratori, id
est Christo Filio suo, quia in quantum homo procurator eius/ est:
voca operarios et redde illis mercedem. Certe ita faciet in adventu ad
judi/cium. Sic dicit Apostolus, I Tess. 4[,15s]: quod tunc ipse Domi-
nus in iussu et voce archangeli, id est./ Christi, descendet de celo; et
concludit Apostolus quod tunc semper cum Domino erimus. Videtur
5 ergo/ quod ante ista gloria non reddetur usque ad diem iudicii. Dicit
tu quod duplex est iudicium/ scilicet, particulare et universale; nunc
autem Christus cotidie reddit mercedem in iudicio particulari; sed/
tunc reddet omnibus universaliter. Istud non potest dici quia ibi dicitur:
redde illis mercedem/ incipiens a novissimis usque ad primos,
quod habere locum non potest in iudicio particulari./ Vis audire unam
parabolam ad idem? Mt. 25[,14ss] dicit sic: homo quidam peregre/
10 proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua; et uni dedit
quinque/ talenta, alii autem duo, alii vero unum; et ille qui quinque
accepit (f) lucratus est alia quinque/ et qui duo acceperat, lucratus
est alia duo; qui autem unum acceperat, nichil lucratus, sed abscondit/
in terra pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit domi-
nus servorum illorum/ et posuit rationem cum eis et dixit illi qui lu-
15 cratus fuerat quinque talenta: Euge, serve/ bone et fidelis, intra in
gaudium domini tui. Et similiter qui duo lucratus fuerat. Illi autem
mi/sero qui nichil fuerat [lucratus] (g), dixit: serve male; sciebas*

^e *Esta frase Item egressus... in vineam meam está aquí fuera de sitio; y se repite de nuevo en el ms. una línea más abajo, en el sitio que le corresponde según la narración evangélica. La primera, por tanto, es una interpolación, debida probablemente, a error del copista. Sin embargo, hemos preferido conservarla en la transcripción del manuscrito.*

^f *ms. acceperit*

^g *El lucratus está en el margen, previa llamada después del fuerat; a lo que parece, escrito por otra mano.*

quia meto ubi non serui, opor/tuit ergo te pecuniam meam committere nummulariis [ut] et ego veniens recepissem/ quod meum est cum usuris; et ait: Ejicite eum in tenebras exteriores, etc. Videte/ quomodo Deus hic describit formam futuri iudicii. Iste homo Christus est qui peregre profectus/ quando ascendit in celum cum natura humana, quia
 20 locus carnis proprie terra est; iste voca/vit apostolos et tradidit (h) illis bona sua, sicut et omni tradit cuilibet secundum mensuram/ donationis Christi, ut inde lucrentur et proficiant; sed iste dominus venturus post longum tempus,/ scilicet, in die iudicii; et si bene lucratus fueris, dicet tibi: intra in gaudium domini tui; si/ autem non fueris lucratus, dicet tibi: mittite eum in tenebras exteriores. Ergo non red-
 25 ditur/ tibi gaudium nisi in fine saeculi. Vis aliam parabolam? Mt. 13 [24ss]: dicitur quod quidam seminavit/ semen bonum in agro suo: et venit inimicus eius et superseminavit zizania/ quod videntes servi eius dixerunt: [vis] veniamus et colligamus etc.; non; ne forte era-
 (i) dicetur et triticum; sed sinite crescere utrasque usque ad messem, et tunc dicam/ messoribus: Colligite zizania ad comburendum, triti-
 30 cum autem congregate in orreum/ meum. Et consequenter in eodem capitulo [Mt 13,40ss] declarat se dicens: In consummatione/ saeculi exibunt angeli et separabunt malos de medio justorum, quia in tantum sunt/ permixti, quia nec discerni possunt, sed tunc mittent eos in caminum ignis./ Ergo rabbi post tot parabolas loquere nobis palam: quando reddes nobis/ mercedem istam? Ecce Mt. 25[31ss]: loquitur
 35 dicens: Cum venerit Filius hominis/ in majestate sua et omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem ma/iestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab invicem/ sicut pastor agnos separat ab edis et statuet oves a dextris; hedos autem/a sinistris; tunc dicet hiis qui a dextris eius erunt: venite benedicti Patris/ mei,
 40 percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi: Esurivi/ enim et dedistis mihi manducare, etc. Tunc dicet et hiis qui a sinistris erunt/: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui vobis paratum est et diabolo et angelis/ eius. Esurivi et non dedistis mihi manducare, etc. Et sequitur: et ibunt/ hii in supplicium eternum, justi autem in vitam eternam. Vide ergo quam clare loquitur/ quando redditurus est mercedem. Et tu dices quid ad propositum. Frater tu dicit/
 1 [fol 5r] quod divinitatis visio tunc datur animae; nunc autem verba praedicta non loquuntur nisi de regno eterno et/ vita eterna; non loquuntur de visione essentiae divinae. Si sic dicas, vis audire? Salvator/ ait: vita eterna haec est, ut cognoscant te unum Deum et quem [misis-
 ti] (j) Jesum Christum [Io 17,3]. Unde vita/ eterna nichil est nisi visio
 5 deitatis; ergo parabolam locutus est quod ista non redduntur/ nisi (k)

h ms. entre tradidit y illis, hay una b, con un punto debajo, señal de corrección o tachadura.

i ms. al terminar la línea 27 con la sílaba er añade una a en el margen. La línea siguiente empieza adicetur, y dos puntos debajo de la a, señal de tachadura.

j ms. omite misisti. Pone solamente ...et quem Iesum Christum

k ms. nisi ad usque ad diem iudicii, con dos puntos debajo del primer ad, en señal de corrección.

- usque ad diem iudicii. Et hoc dicit Joh. 5[,25] : venit hora in qua omnes qui in/ monumentis sunt audient vocem Filii Dei, et qui bona fecerunt procedent in resurrec/tionem vitae; qui vero mala, in resurrectionem iudicii. Vide ergo quid docuit iste medi/ator Dei et hominum dum esset in hac vita. Dic, frater, quid dicunt Apostoli sancti super/hoc; quaero cum in simbolo fidei, frater, dicunt sic : *Credo carnis resurrec/tionem/ et vitam eternam.* Ecce quomodo praeferunt et praeponunt carnis resurrectionem vitae. Audi/ quid dicit Atanasius in suo simbolo : *Ad cuius adventum, loquitur de Christo, omnes/ homines resurgere habent cum corporibus suis et de factis propriis rationem reddituri etc./ qui vero bona egerunt ibunt in vitam eternam, qui vero mala in ignem eternum. Haec/ est fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiter-que crediderit, salvus esse non/ poterit.* Postea loquitur clarius (l). Unde primo resurgunt et postmodum/ ibunt in vitam eternam, qui bona egerunt. Adhuc, fratres, audiamus de illo/ praecursore Domini. Dic tu, Johannes Baptista quid tu sentis in materia ista. In Mt. 3/[11s], sic dicitur : *Qui post me venturus est forciore est, cuius ventilabrum in manu/ et emundabit aream suam, et congregans triticum in horreum suum, paleas autem/ comburet igne inextinguibili.* Ecce quomodo describitur bene futurum iudicium, quod/ supradixerat venturam iram. Loquitur inde Christo in area, (m) quae est ecclesia secundum Augustinum (n)/ de fide ad Petrum. In fine mundi in quo cum ventilabro (ñ) separabit paleas/a tritico, et permundabit aream, id est, ecclesiam congregando bonos in horreum, malos/ autem comburendo eternaliter.
- 25 Loquatur ut pro area, adhuc interrogemus discipulum quem/ diligebat Jesus, filium tetrarum qui recubuit in cena supra pectus Domini : Scimus/ inquit (o) quod filii Dei sumus, et nondum apparuit quod erimus, quoniam cum apparuerit similes/ ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. [1] Joh. 3[,2]. Unde clare loquitur : scimus ait; lo/ quitur de electis qui sunt filii Dei per adoptionem, excepto Christo qui est Filius naturalis/ quantum ad divinitatem, et quantum ad humanitatem, Filius per gratiam unionis; consimiles/ ei erimus cum apparuerit in iudicio, quia tunc videbimus eum sicuti est, quia videbimus/ essentiam, de qua dicit Moyses : Ego sum qui sum, sic dices filiis Israel : qui est [misit]/ me (p) ad vos. Ex. 3[,14]. Frater, contra istud videtur esse determinatio ecclesiae,/ Ex³ (q) de celebratione missarum

l ms. clarius clarius tachado el primer clarius con una raya.

m ms. aera

n La cita es de S. Fulgencio, no de San Agustín. Respetamos no obstante la lección del códice, ya que el error no es del ms. propiamente, pues la obra De fide ad Petrum se atribuya entonces a S. Agustín. En el margen, con letra distinta, dice de nuevo Aug.

ñ Dejamos en claro una palabra ininteligible en el ms.

o ms. inquit

p ms. qui est [misit] qui me ad vos. El misit está escrito por otra mano en el margen, después de las palabras qui est, con que termina la línea 31. El segundo qui, con que empieza la línea siguiente, tiene dos puntos de corrección debajo.

q ms. Ex³. Abreviatura que no sabemos a qué corresponde. La cita es de Decret Greg. IX Lib. III, Tit. XLI, De celebratione Missarum. Cap. VI. Cum Marthae.

- Cap. Cum Marthe ibi enim loquitur dominus Innocentius/ de sanctis
 martiribus; dicit quod sunt perfecte beati. Frater sicut dicit lex civilis/
 35 incivile est nisi lege [tota] perspecta (r); una aliqua eius particula
 proposita iudicare (s)/ vel respondere; qui autem respicit totum illud
 quod sequitur in illo capitulo post verba/ praedicta, patet quod non
 est determinatio ecclesiae, sed quod recitat tres opiniones (t),/ quod
 patet intuenti verba capituli supradicti, quae talia esse noscuntur. Res-
 pondemus/ quod cum Sacrae Scripturae auctoritas dicat quod injuriam
 40 facit martiri qui orat pro/ martire, eadem est ratio de sanctis aliis.
 Sciendum quod orationibus meis non indi/gent, pro eo quod cum sint
 perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt, sed nos/ potius indigemus
 eorum orationibus, eo quod miseri sumus, nos undique mala/ nostra
 perturbant, unde in plerisque orationibus continetur proficiat, et pro-
 ficat (u)/ huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam et honorem, ita
 1 debet intelligi, ut ad/ [fol 5v] hoc quod magis ac magis a fidelibus
 glorificentur in terris; haec est prima opinio. Sequitur secunda/ opinio
 licet plerique reputent non indignum sanctorum gloriam usque in ju-
 dicio augmentari et/ ideo ecclesia interim sane posset augmentum
 glorificationis eorum optare; verum/, hic incipit tertia opinio cum
 5 dicit, utrum in hoc articulo locum habeat ista distinctio qua/ docetur
 quod defunctorum alii sunt valde boni alii valde mali, alii mediocri-
 ter/ boni, alii mediocriter mali; unde suffragia quae fiunt a fidelibus
 in ecclesia, pro valde/ bonis sunt gratiarum actiones, pro valde malis
 consolationes vivorum, expeditiones/ vero pro mediocriter bonis, propi-
 tiationes autem pro mediocriter malis; tua discretio/ investiget. Haec,
 ibi. Et ideo patet quod non est determinatio ecclesiae, sed tantum opi-
 10 nionum/ recitatio, quarum unam dimisit arbitrio quaerentis. Absit a
 tantae scientiae/ patre quod ipse dixerit, quod sancti in gloria sint per-
 fecte beati, et quod omnia succedunt/ eis ad votum, hoc enim esset ex-
 presse contra dictum Ioannis Apoc. 6[9], ubi dicit/ se vidisse animas
 interfactorum id est martirum sub altari clamantes, et cum eorum/
 clamor exauditus non fuit, et contra omnes auctoritates praedictas, nec
 15 obstat/ etiam illud quod dicitur, ex (v) De baptis. et eius effectu
 (x) cap. "debitum" ubi de casu qui/ ibi ponitur dicitur sic: Ego id
 concedo et hoc idem concedit beatus Bernardus, quod/ ad patriam
 evolasset protinus, hoc est ad celum (y). Sed non sequitur propter hoc

r La frase, de difícil lectura, parece decir así en el ms.: In civile est nisi lege [tota] carta perspecta. Nos ha parecido poner incivile, pues el sentido parece pedirlo así. La n de lenga tiene un punto debajo, señal de corrección. La palabra tota se encuentra entre líneas, escrita a lo que parece, por otra mano. La palabra carta está corregida con tres puntos debajo.

s Abreviaturas ilegibles en el margen.

t Abreviaturas ilegibles en el margen.

u ms. et po proficit, tachado el po con dos puntos debajo.

v ms. de nuevo Ex. La cita es de Decret. Greg. IX. Lib. III, Tit. XLII. De bap-
 tismo et eius effectu. Cap. IV Debitum.

x ms. a[e]ffectu, corregida la a con un punto debajo, y puasta la e encima entre líneas.

y La cita de la Decretal es únicamente la frase ad celestem patriam protinus

quod/videret divinitatem (z) visione faciali, sed humanitatem Christi tantum; adhuc/ non obstat quod dicitur de presbytero non baptizato, cap. 2.^o (a) ubi in casu illo sic dicitur. Quare (b)/ in sanctae matris ecclesiae fide et in Christi nominis confessione perseveraverit, ab originali/ peccato solutum et celestis patriae gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Dixi/ enim quod in patria celesti animae magnum gaudium habent de humanitate Christi, et spe/ certa quam habent de visione essentiae divinae et salutis confratrum suorum/ et de multis aliis quae Bernardus ponit in sermone suo dicens quod istud est contra scripturam/ sanctam, Apoc. 14[13] ubi dicitur: *Beati mortui qui in Domino moriuntur*. Ergo beati vident/ deitatem et certe id argumentum non est cogens. Ad hoc enim dicit beatus Bernardus quod/ sancti requiescunt a laboribus suis et in hoc sunt beati. Sicut ibidem subditur in/ Apoc.; amodo iam dicit Spiritus ut requiescant a laboribus suis. Unde/ Scriptura diversimode loquitur de beatitudine; aliquando enim dicit beatos propter spem/ beatitudinis futurae, ut beati pauperes etc., et beati mites etc. Dices, adhuc est/ contra Apostolum 2 Cor. 5[1]: *Scimus quoniam si terrestris domus* nostra huius habitationis dissolvatur. Loquitur de corpore mortali quod edificationem habemus a Deo domum non/ manufactam eternam in celo et ita quando corpus dissolvitur habemus domum in celis./ Frater, ego concedo quod animae quae nichil habent purgandum statim vadunt ad/ celum, sed propter hoc non vadunt ad illam beatitudinem de qua loquitur. Item dico/ quod verba Apostoli, a Deo non manufactam domum in celis; sed tunc non intelligitur/ de domo celi, sed de corpore nostro futuro incorruptibili et immortalis; haec/ magis videtur intentio Apostoli, secundum prius praecedentia et sequentia convenire; supra/ enim immediate domus est corpus nostrum et frequentius etiam loquitur de corpore/ immortalis. Sed dices quod istud stare non potest; Apostolus enim dicit quod habemus/ domum etc.; constat autem quod nunc non habemus quia prius oportet corpus id mori/ antequam habeamus immortale et incorruptibile corpus. Ad hoc dicendum quod/ moris est sacrae Scripturae ponere tempus praesens pro futuro, quando futurum est certum; / et ideo quia certum est quod electi ad regnum celorum de quibus loquitur Apostolus habituri/ [fol 6r] sunt corpus immortale et incorruptibile in celis, ideo dicit Apostolus habemus etc. Posset etiam/ dici quod Apostolus intelligit quod habemus respectu eternitatis Dei, secundum quod omnia futura/ sunt facta. Unde secundum illam verum est quod habemus, cum in illa non sint futurum nec praeteritum,/ sed omnia sunt praesentia; sicut alias esse probatum. Dices quod adhuc videtur esse contra/ capitulum in eodem capitulo [2 Cor 5,6] ubi dicit: *quandiu sumus in corpore, tandiu peregrinamur/ a Domino*; ergo videtur

evolasset. *Lo anterior es una afirmación de Juan XXII, de que él concede esto, como lo concedió también San Bernardo.*

z ms. divinitatis

a *Ibid.* Tit. XLIII. De presbytero non baptizato. Cap. II. Apostolicam Sedem.

b *Sic ms. La Decretal dice* Quia

clare dicere quod quando non sumus in corpore non peregrinamur a Domino, / sed cum eo sumus beati. Certe hoc facit pro beato Bernardo. Mos enim Apostoli est quando / loquitur de Domino, loquitur de Christo. Unde ad [1] Cor [8,6], dicit sic: *Vobis unus Pater* / et unus Dominus Jesus Christus, et est sensus quod quando erimus expediti a corpore, / loquitur de sanctis, erimus cum Domino id est cum Christo; et ita vult Bernardus. Audi quomodo in hoc / sensu loquitur Apostolus Phil. primo [23]: coactor enim a duobus: desiderium habens dissolvi / et esse cum Christo; et ita patet quod pro eodem ponit Dominum et Christum et facit pro beato Bernardo. / Aliqui etiam addunt id: Mt. 24[28] (c): ubicumque fuerit corpus, scilicet Christi, illic / congregabuntur et aquilae id est animae sanctae. Et hoc dicit Bernardus; alii vero intelligunt / auctoritatem Apostoli superius positam de visione divinitatis, et videntur sic arguere: quandiu sumus in corpore peregrinamur a Domino, ergo quandiu non sumus / in corpore non peregrinamur a Domino, sed sumus cum Domino Deo, quod patet, quia statim / subditur quod dum sumus in corpore dum peregrinamur a Domino, per fidem ambulamus, non per speciem (d); ergo videtur quod quando sumus extra corpus ambulamus per speciem / et ita videmus deitatem et certe iste sensus falsus est, quia mille animae justae / post solutionem corporis non statim ambulant per speciem, immo peregrinantur, / et ideo Apostolus hoc vult dicere, quod cum isto corpore mortali non possumus ad istam / visionem deitatis venire, quam vocat speciem ac facialem visionem, et ideo / volebat peregrinari a corpore non quod statim veniret ad illam visionem, / sed quia considerabat corpus immortale, ut isto veniret ad visionem / illam, quod non poterat esse in illo corpore mortali, (e) ideo volebat ab illo peregrinari ut et sic corpore indui immortalis, et cum illo ad illam visionem / beatificam veniret. Et quod ita intellexit patet quia statim subdit: *oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi*, ut referat unusquisque propria / corporis, prout gessit sive bonum sive malum. Indicat enim Apostolus [2 Cor 5,10] quod non / statim vident animae Deum, sed oportet eas cum corpore praesentari, et primo / ante tribunal Christi et tunc unaquaeque accipiet prout gessit, et ideo nichil ad propositum. / Beatus Bernardus adducit unam auctoritatem Apostoli ad Hebr. 11

c ms. Mt. 14

d ms. dice claramente *spem*; pero el texto de la Vg. es *speciem*, y es también lo que pide el sentido. De conservar *spem* no tiene sentido la dificultad que pone el Pontífice, basada en el texto de la Escritura, que quedaría falseado poniendo *spem*, como está en el ms. Además de las dos veces que pone *spem* en este renglón, la pone otras dos veces en las líneas 21 y 23. En todos los casos la hemos sustituido por la palabra *speciem*, que es la que pone la Escritura 2 Cor. 5, 7; y la que pide el sentido. En el folio 6v, línea 19 pone ya la palabra *spem*, con la tilde superpuesta, que en la escritura gótica abreviada del siglo 14 es *speciem*. Pero en este folio 6r, sin duda por inadvertencia, el copista ha omitido siempre la tilde, poniendo *spem* sin tilde, en vez de *spem* con tilde, es decir *speciem*.

e ms. *inmortali*, confundido, sin duda el copista con el *inmortale* de la línea anterior; pero el sentido pide sin lugar a duda que sea *mortali*

(f) [,39s]. Enumeratis enim/ multis factis concludit: et hii omnes
 35 testimonio fidei probati non (g)/acceperunt repromissionem; Deo
 pro nobis aliqua providente, nec non sine/ nobis consummentur. Vide
 quomodo clare loquitur: non acceperunt, inquit, repromis/sionem.
 Ista repromissio est vita eterna; et subdit quare non acceperunt istam/
 40 repromissionem, quia nec sine nobis consummentur. Erat enim
 maior honor/ Domini nostri Jesu Christi, quod omnes simul introducat
 in regnum et in repromissionem/ quam si hodie unum et cras
 alium. Dicit aliquis, forte calumpnianter./ Frater ista auctoritas non con-
 cludit hoc, sed quod illi non acceperunt repro/missionem qui sancti
 fuerant ante mortem Christi, quia tunc ianua non fuit aperta/, et ex
 quo (h) ianua aperta est accipiunt sancti repromissionem. Dico quod/
 1 illud est calumpnia. Vide quid loquitur et quando loquitur. Certum est
 quod/ [fol. 6v] Paulus loquitur et loquitur post passionem Christi,
 quando iam ianua erat aperta, et/ tamen Paulus loquitur de se et aliis
 fidelibus illius temporis, cum dicit quod non/ receperunt repromissio-
 nem ne sine nobis consummarentur; ex quo patet quod nec tunc/ cum
 5 ianua esset aperta. Item 1 Cor. 15 [,20ss] cum probasset Apostolus resur-
 rectionem corporum/ concludit primitiae Christo; primus resurgens
 et dignitate et tempore et subdit: inde/ finis cum tradiderit regnum
 Deo et Patri; et quod est illud regnum? certe omnes sancti/ intelligun-
 tur per illud regnum, fideles electi; tunc enim tradet illud regnum
 Deo/ Patri cum introducet eos ad contemplationem deitatis; sed quan-
 do erit illud sub/dit: cum evacuaverit omnem principatum et potesta-
 10 tem et virtutem et omnes iniuriae/ erunt sub pedibus eius, ut sit Deus
 omnia in omnibus. Item Col. 3[,3s];/ loquitur Apostolus fidelibus
 dicens: Mortui enim estis et vita vestra abscondita/ est cum Christo
 in Deo, usquequo scilicet manifestetur; et statim subdit quando vita
 ista/ manifestabitur; cum enim ait, Christus apparuerit, vita nostra,
 tunc et vos apparebitis/ cum Christo in gloria; quasi dicat: et non
 15 ante. Loquiturne clare Apostolus? Modo videamus/ quid dicunt alii
 sancti circa istam materiam. Dicit enim Augustinus, primo de Trinite-
 tate, c. VIII (i), exponens illud 1 Cor., 15 (j) [,24]cum tradiderit et
 Patri regnum, dicit/ sic: (k) quod non habeat regnum Deus, et Deus
 [et] Pater, sed quia omnes justos/ in quibus nunc viventibus in fide
 regnat per fidem mediator Dei et hominum Christus/ Jesus perductu-
 rus est ad speciem, quam visionem docet idem Apostolus, I ad Co-
 20 rinth./ 13[,12]: facie ad faciem ut dictum est cum tradiderit regnum (l)
 Deo et Patri,/ ac si diceret, cum perduxerit credentes ad contemplatio-

f ms. Hebr. 2

g ms. no non acceperunt, con dos puntos debajo del no

h ms. et ex quo non ianua aperta est, tachado el non con dos puntos. Sin duda el copista lo puso confundido con el ianua non fuit aperta de la línea anterior.

i ms. De civitate Dei, ep. viii

j ms. 2 ad Cor.

k Hay una palabra en el ms. que no hemos podido descifrar. San Agustín, en el lugar citado dice: Quasi modo non habeat regnum Deus et Pater; pero ésa ciertamente no es la lectura del ms.

l ms. tradidit regnum regnum; tachado el primer regnum, con una raya encima.

nem Dei Patris. Sicut enim Mt./ XI[,27]: *Omnia mihi tradita sunt*
 (m) a Patre meo, et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem/ quis
 novit nisi Filius et cui voluerit Filius revelare. Tunc revelabitur a Fi-
 lio/ Pater, cum evacuaverit omnem principatum et potestatem et om-
 nem virtutem, id est, ut non/ necessaria sit dispensatio similitudinis
 25 per angelicas potestates, principatus/ et virtutes, ex quarum (n) per-
 sona non inconvenienter intelligitur id quod in Cantic. [1,10s] scribitur/
 ad sponsam: similitudinem auri faciemus tibi, cum distinctionibus ar-
 genti/ quousque in accubitu suo est, id est, quousque Christus in se-
 creto suo est, quia vita/ nostra abscondita est cum Christo in Deo. Unde
 30 Apostolus, Coloss. 3[,4]: Cum Christus apparuerit,/ vita vestra,
 tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Quod ante quam fiat, sicut/
 Apostolus dicit 1 Cor. 13 (o) [,12]: *ipsum nunc videmus* (p) per spe-
 culum in enigmate, hoc/ [est] (q) in similitudinibus; tunc autem facie
 ad faciem. Haec enim contemplatio nobis/ promittitur actionum finis
 atque perfectio (r) gaudiorum eterna; sicut enim in sua ca/nonica
 [1 Io 3,2] dicit: Filii Dei sumus et non apparuit quid erimus, scimus
 35 quia cum apparuerit/ quid erimus, similes ei erimus, quoniam videbimus
 eum sicuti est. Quid enim/ dixit servo suo Moisi? Ex. III [,14]: Ego
 sum qui sum; hoc dices filiis Israel: qui/est; qui misit me ad vos. Hoc
 contemplabimur, Domino vivemus in eternum. Ita quippe/ ait Joh.
 17[,3]: haec est vita eterna ut cognoscant te solum Deum et quem mi-
 sisti/ Jesum Christum. Hoc fiet quando veniet Dominus qui illuminat
 40 abscondita tenebrarum/ cum tenebrae mortalitatis huius corruptionis-
 que (s) transierunt; tunc erit mane nostrum/, de quo ps. V [,5]: di-
 citur: mane astabo tibi et videbo. De hac contemplatione/ intelligo
 esse dictum: cum tradiderit regnum Deo et patri, et cum perduxerit
 justos in/ quibus nunc ex fide viventibus regnat mediator Dei et ho-
 minum, homo Christus Jesus/ ad contemplationem Dei Patris. Si de-
 1 cipior hic corrigat qui melius sapit/ [fol. 7r] mihi autem non videtur,
 nec enim aliud quaeremus, cum ad contemplationem illius pervenerimus
 quae nunc/ non est, quamdiu gaudium nostrum in spe est; spes autem
 quae videtur, sicut dicit Apostolus ad/ Rom. 8[,24]: non est spes,
 quod enim quis videt non sperat; si autem quod non videmus/ spera-
 mus, per patientiam expectamus quousque rex in accubitu suo est, tunc
 5 erit quod in/ psalmo scriptum est: adimplebit me letitia cum vultu
 tuo [Ps 15,11]. Illa letitia dicit Augustinus/ nichil amplius requiretur,
 ostendetur enim Pater et sufficiet nobis; quod bene intellexit/
 Philippus Apostolus dicens: *Domine, ostende nobis Patrem* et sufficit nobis
 [Io 14,8]. *Haec Augustinus ibid.* Iterum/ idem Augustinus, libr. II, c.

m ms. sount, tachada la o con un punto, y puesta la u arriba entre líneas.
 n ms. quorum. San Agustín, en el lugar citado dice: quarum
 o ms. 2 ad Cor.
 p ms. videbimus
 q En ms. falta el est; lo hemos añadido nosotros para completar el sentido.
 r ms. perfecta; San Agustín, en el lugar citado dice perfecta
 s ms. corporis quae; San Agustín, en el lugar citado dice: corruptionisque

- 17 (s') exponens illud I Joh. 3[,2]: *cum apparuerit similes erimus ei, quoniam/* videbimus eum sicuti est, dicit sic: utique post hanc vitam
 10 intelligi voluit,/ cum mortis [debitum] (t) solverimus et resurrectionis
 promissum receperimus. Item Augustinus in en/chiridio cap. 109 tem-
 pus quod inter hominis mortem et resurrectionem ultimam positum
 est/ animas abditis receptaculis continet sicut unaquaeque digna est
 vel requie/ vel erumpna, pro eo quod sortita est dum viveret. Item
 15 Augustinus exponens illud: *Deum/ nemo vidit* umquam, Joh. 1[,18],
 Deus non potuit, non potest videri, sed poterit cum ad/ supernam pa-
 triam nostra peregrinatio pervenerit, et mortale nostrum immortalitate
 vestie/rit, atque ad contemplationem divinam vel perceptionem celes-
 tium gaudiorum omnes/ fideles ipsa fides qua hic futura credebantur
 impletura perduxerit. Item Augustinus (u) de/ fide ad Petrum, c. 43,
 exponens id Mt. 3[,12]: *Cuius ventilabrum in manu sua per/mundabit*
 20 *aream et congregabit triticum in horreum suum, paleasque vero com-
 buret igni inextinguibili, dicit quod erit quando Christus in extremo
 iudicio segre/gabit justos ab injustis, bonos a malis, rectos a perversis,
 bonis constitutis/ a dextris, malis (v) a sinistris. Et ex eius ore justi
 eternique iudicii sempiterna/ atque incommutabili prolata sententia (x),
 iniqui omnes ibunt (y) in combustionem eternam; / justi autem in vi-
 25 tati/ sine fine cum Christo. Item Augustinus, I. XII, De Civitate Dei
 (z) c. 9, dicit quod pars hominum quae/ coniungenda est immortalibus
 angelis in celis, nunc mortaliter peregrinantur in terra/ vel in eis qui
 morte abierunt, secretis animarum receptaculis requiescunt. Item/idem
 Augustinus, I. XIII de Civitate Dei, c. VIII, dicit quod in requie sunt
 30 piorum animae (a) a/ corpore separatae; impiorum autem penam
 habent, donec justorum ad eternam vitam, illorum vero ad/ eternam
 mortem, quae secunda mors dicitur, corpora reviviscant. Item idem
 Augustinus eodem/ hoc c. VIII dicit quod duae sunt resurrectiones,
 prima quae nunc est animarum quae venire/ non permittunt in secun-
 dam mortem; alia quae non nunc, sed in fine saeculi futura est; nec/
 animarum, sed corporum est, quae, per ultimum iudicium alios mittit
 in secundam mortem, alios/ in eam vitam quae non habet mortem.
 35 Item Augustinus, sermo id. Joh. 5[,22]: *Pater non iudicat/ quem-
 quam sed iudicium dedit Filio, quod erit quando videbitur forma Dei
 quam faciunt (b) omnes/fideles, quando videbitur illud quod erat a**

s' ms. c. 9.

t ms. cum mortis solverimus; *omitido por error* debitum, que trae San Agustín en el lugar citado.

u La cita es de San Fulgencio. *Véase más arriba la primera nota n del segundo sermón, en la página 170 (16).*

v ms. malos; *pero la gramática pide* malis, como antes puso bonis

x ms. iusta eternique iudicii sempiterni atque incommutabili prolata sententia; *pero lo hemos corregido según la cita de San Fulgencio, en el lugar citado.*

y ms. ibunt ibunt, *sin corrección ninguna.*

z ms. De Trinitate

a ms. piorum animae et a corpore separatae, *corregido el et con un punto debajo.*

b *sentido oscuro; pero ésta es la lección del ms.*

- principio verbum, Deus apud eum per quem facta sunt/ omnia, quando videbitur illa forma Dei de qua dicit Apostolus [Phil 2,6]: cum in forma Dei esset, non/ rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo; ecce inquit ad dexteram sunt/ justi, ad sinistram iniusti; omnes pariter
- 40 homines vident filium hominis; vident qui/ punitus est; vident qui crucifixus est; vident agnum ex tribu Juda, verbum/ Dei apud Deum, quem videbit ipse ut et tunc; sed tunc forma servi apparebit; forma/ vero servi Filii apparebit (c) qui sunt ad dexteram, ut eant in vitam eternam, seu/ in eternam hereditatem olim promissam, quia non videntes martires crediderunt (d),/ promissione sanguinem suum sine
- 1 dubitatione fuderunt; eant illuc et videant ibi/ [fol. 7v] quando illuc ibunt, dicet ipse Dominus; sic ibunt hii in combustionem eternam, justi autem/ in vitam eternam. Ecce vitam eternam nominavit; non dixit nobis quia videbimus/(d') et cognoscemus Patrem et Filium. Attende quid alibi dicit: haec est vita eterna ut/ cognoscant te solum verum
- 5 Deum et quem misisti Jesum Christum [Io 17,3]. Item dicit/ Augustinus sermone XVII, de verbis Dei sec. Math. quod veritas vera haec est cum resurgemus/ et cum Christo regnabimus, nam ipsi resurrecturi sunt, sed in ignem eternum ituri;/ vita namque non est nisi beata vita; beata vero esse non potest nisi eterna ubi sunt dies/ boni, nec multi, sed unus, ex consuetudine huius vitae appellati sunt dies; dies/ ille nescit ortum, nescit (e) occasum; illi diei non succedit crastinus
- 10 quia non eum/ praecedit hesternus; hunc diem vel hos dies, hanc vitam et veram vitam in promissione/ habemus, alicuius enim operis merces est; si mercedem amamus, in opere non deficiamus/ et in eternum cum Christo regnabimus. Item idem in sermone 44 de verbis Domini/ secundum Evangelium sancti Johannis [Io 14,21], dicit sic: cum fuerit data sententia: tolletur impius ne/ videat claritatem Dei,
- 15 restat ut circa pios et bonos impleatur quod Deus ipse/ promisit dum in carne esset; ut videbatur non solum a bonis, (f) sed etiam a malis; loquebatur enim inter eos et dicebat: qui diligit me mandata/ mea custodit, et qui diligit me diligitur a Patre meo et ego diligam eum/ et manifestabo me illi. Et quidam diceret illi: et quid ei dabis? Ostendam/ inquit meipsum illi; quomodo ostensurus erat dilectoribus
- 20 suis, nisi quia talem/ qualem non videbunt non dilectores sui? Ergo quia forma Dei celabatur/ forma hominis ostendebatur per personam hominis loquens hominibus, conspicuus et/ visibilis et bonis et malis; ostendet se dilectoribus suis post resurrec/tionem corporum quando tolletur impius ne videat claritatem. Tunc enim quando/ apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est [1 Io 3,2] (g); ipse
- 25 enim est vita/ eterna. Ipse hoc dicit: haec est vita eterna ut cognos-

c sentido oscuro; pero ésta es la lección del ms.

d Hay un signo indiscrifiable después de crediderunt

d' ms. videmus

e ms. nescit or occasum, corregido el or con dos puntos debajo.

f ms. pone dos veces seguidas non solum a bonis, sin tachar ninguna.

g ms. sicuti sunt

cant, capiant, noscant, quod crediderant percipiant quod omnino capere poterant. Jam videat mens quod oculus non viderat nec auris audierat, nec in cor hominis ascenderat [Is 64,4; 1 Cor 2,9]. Hoc illis dicetur in fine: venite benedicti Patris mei percipere regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ibunt ergo mali in combustionem, 30 iusti autem quo ibunt? in vitam eternam [Mt 25,34]. Quid est vita eterna? ut cognoscant te unum et verum Deum, [et] (h) quem misisti Jesum Christum. Item ipse dicit Augustinus de verbis Domini sermone XVII; exponens illud Apostoli 2 Cor. 5[10]: omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut recipiat unusquisque prout gessit bona sive mala, dicit sic: sicut modo hic astamus in ecclesia et vos 35 in ecclesia nos invicem praesentes aspiciamus, ita et post resurrectionem mortuorum staturi sumus ante tribunal Christi; hanc enim ipsam animam tunc habebimus quam nunc habemus, et in hoc ipso quod nunc induimus sumus corpore suscitati, non enim sumus facti sicut muta animalia, sicut equi et boves ut eterne pereamus quia hic vixerimus et alibi iudicabimus ut autem pro peccatis penas aut pro bonis 40 operibus premia consequamur eterna. Item idem Augustinus, l. de Trinitate, c. X exponens illud Apostoli, 1 Cor. 15[24]: cum tradiderit regnum Deo et Patri, dicit sic: tradidit itaque regnum Deo et Patri Dominus noster Jesus Christus non inde se separato et Spiritu Sancto, quando (i) perducet credentes ad contemplationem Dei verbi finis omnium bonarum actionum et requies sempiterna et gaudium quod non auferetur a nobis, et hoc significat in eo quod ait Joh. 16[22]. 1 Item [fol. 8r] videbo vos et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a nobis. Item in eodem capitulo, Augustinus: cum tradiderit regnum Deo et Patri, dicit subaudi quod erit post resurrectionem mortuorum, id est, cum credentes et viventes ex fide vester mediator 5 interpellans (i) perduxit ad contemplationem cui suscipiendae suspiramus et gemimus et transierit labor et gemitus, iam non interpellabit pro nobis, tradito regno Deo Patri, et significans hoc ait Joh. 16[25]: haec locutus vobis in similitudinibus, venit hora quando non in similitudinibus loquar sed manifeste de Patre annuntiabo vobis, id est [non] (j) erunt similitudines cum visio fuerit facie ad faciem. Item idem Augustinus, sententiarum L. (k) dicit quod iustis receptis omnibus (l) 10 in/corruptione atque immortalitate corporibus, mancipatum patriae celestis accipient, atque eius cives in eternum effecti promissa praemia reportabunt ubi eis exultabit tanta letitia celestium gratia gaudiorum ut remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant et nullum (m) fastidium ex ipsa affluentia bonorum perceptione sustineant.

h ms. omite el et

i ms. quoniam; pero San Agustín, en el lugar citado dice: quando

i' ms. interpollens

j ms. id est, erunt similitudines..., sin el non; pero San Agustín lo dice en el lugar citado, y el sentido lo exige.

k Palabra indescifrable en el ms.

l Palabra de interpretación dudosa en el ms.

m ms. parece decir ullum; pero el sentido pide nullum

- 15 Ibi ita patebunt singulorum in singulis mentes/ sicut corporibus subiacent facies (n) corporales. Item idem Augustinus in tracta/tu psalmi XVIII, exponens illud [2] Thimot. 4[,8] : *superest mihi corona justitiae* quam reddet/ mihi Dominus in illa die justus iudex, non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt/ adventum eius. Aliud manifestum eius dicit, sicut hodie itaque desiderium/ de quo nunc agimus, ex dilatatione consurgit manifestationis eius, de qua/ idem Apostolus dicit, Col. 3[,4] : *cum Christus apparuerit, vita vestra*, tunc et vos apparebitis cum/ ipso in gloria. Prima ergo tempora ante Virginis partum sanctos habuerunt qui deside/rarunt incarnationis adventum. Ista autem tempora ex quo ascendit in celum/sanctos habent qui desiderant eius manifestationem ad vivos et ad mortuos/ judicandos, nec hoc desiderium ab initio usque ad finem requievit nisi quamdiu/ Jesus cum discipulis conversatus est, ut totius corporis Christi vox in hac vita gemen/tis convenienter intelligatur. *Defecit in salutari* tuo anima mea et in verbum/ tuum super speravi [Ps 118,81]; hoc est enim promissum, quoniam spes facit ut per patientiam spectetur/ quod a credentibus non videtur. Si enim Christum amamus utique adventum eius/ desiderare debemus; perversum enim est et nescio utrum verum (o)/ timeat ne veniat orare : adveniat regnum tuum, et timere quod audiaris./ Item idem Augustinus l. quinto evangelii supra illud Apostoli 2 Thimot. 4[,8] *superest/ mihi corona justitiae* (p) sic omnia dici possunt de ista ineffabili fruitione veritatis/ et tanto magis dici potest quanto minus digne dici potest inquit, nam ut lux illumina/torum et requies exercitatorum et postea redeuntium, et esca indigentium et co/rona viventium et quaecumque (p') bona temporaliter transeuntium per creaturae partes/ error appetit infidelium veriora et in eternum manentia in Creatorem omnia/ simul viventia est pietas. Item Hugo l. XVIII de sacramentis c. 14 dicit/ sic : sicut impiis dicit : *ite in ignem eternum*, sic beatis : *venite benedicti Patris/ mei possidete vobis paratum regnum etc.*; et sicut illi impii in combustionem (q)/ sic iusti in vitam eternam. Quid est autem vita eterna nisi (r) ut cognoscant te/ unum verum Deum et quem misisti Jesum Christum, sed iam (s) in illa claritate quam habui/ apud te ante quam mundus fieret [Io 17, 3,5]; tunc enim tradet regnum Deo et Patri ut intret/ servus in gaudium Domini sui. Item in eodem libro, Hugo c. XX dicit sic : *promissit/ autem Deus se ostensurum dilectoribus suis cum Patre unum Deum*, 1 non quomodo in hoc/ [fol. 8v] saeculo in corpore visus est a bonis et a malis; in iudicio enim futuro quo venturus est, quando/ visus est Jesus in celum. Hoc in eadem forma filii hominis formam videbunt; qui-

n ms. facient

o ms. dos palabras que no hemos podido interpretar.

p ms. iustitia

p' ms. quaecumque

q Hugo, en el lugar citado dice: Et sicut ibunt illi in combustionem [...]

r ms. nescio; pero la Escritura, Hugo, en el lugar citado, y el sentido pide nisi

s ms. ideo; pero Hugo en el lugar citado dice: iam

bus dicetur/ esurivi et non dedistis mihi manducare etc. [Mt 25,42].
 Et illum videbunt in quem transfixerunt [Zach 12,10],/ non illam Dei
 formam in qua rapinam non arbitratus esse se aequalem Deo [Phil 2,6];
 5 in ista Dei/ forma tunc videbunt qui videbunt eum sicuti est. Item
 Cassiodorus ps. CI [6]/ exponens illud: videbitur in gloria sua,
 dicit: sicut (t) Christus videbitur in gloria quando se/gregabit edos
 ab agnis in gehennam mittens impios, iustis dans beatitudinem/ sem-
 piternam. Item (t') Beda secundum illud Apoc. VI: et dictum est
 10 illis *ut requiescerent/ tempus adhuc modicum donec* implerentur con-
 servi eorum, dicit sic: Non desiderium/ resurrectionis abnuitur sed
 colligendorum fratrum augmentum differtur, nam et ipsa/ animarum
 (u) letitia potest stolis albis signari; cum Domino revelante didicerint
 impios in/ fine dampnandos et usque in finem saeculi multos suo nu-
 mero per martirium sociandos/ (v) atque in eterna caritate perfusi,
 malorum hac consolatione contempti supponendo fratrum/ suorum
 numero hactenus sua gaudia differri. Item Damascenus l. 4, c. 27 (x)/
 15 dicit enim sic: Deus enim iustus est: hiis qui sustinent eum, retri-
 butor mercedis; sic igitur/ siquidem anima sola virtutis et animabus
 athletae pugnavit, ipsa sola coronabitur;/ et si sola in voluptatibus
 in voluntate sola est; utique iuste punietur, sed quia/ nec existentiam
 habuerunt separatam nec virtutem nec malitiam, ratione amborum sci-
 licet corpus/ et animam retributionibus perfuitur. (y) Item Augusti-
 20 nus in quodam sermone exponens illud: / *cum autem Christus appa-
 ruerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum Christo in gloria*
 [Col 3,4], dicit sic: / omnes [ergo] divites boni fideles sed non divites
 huius mundi, denique divitias suas/ nec ipsi sentiunt, sentient postea;
 vivit radix sed hiemis tempore etiam viridis/ arbor aridae similis est
 quippe hiemis et arbor quae aret et arbor quae viget u/traque nuda
 est honore foliorum, utraque vacua honore frugum; venit estas et/
 25 discernit arbores; una radix folia producit, implebitur fructibus, arida
 vero ma/nens estate sicut hiems, remanebit itaque illi horreum, huic
 securi adhibetur/ ut amputata in ignem mittatur. Sic estas nostra est
 adventus Christi; hiems nostra/ Christi occultatio; estas nostra est re-
 velatio; denique arboribus bonis et fidelibus/ hanc allocutionem prae-
 bet Apostolus [Col 3,3]: mortui enim estis et vita vestra abscondita
 30 est/ cum Christo in Deo. Certe mortui sed vivi in radice; attende au-

t ms. *Hay una palabra que no hemos podido descifrar.*

t' ms. *Hay un signo con un punto debajo, señal de corrección o tachadura.*

u ms. *anima; pero Beda, en el lugar citado dice: animarum*

v *El resto de la cita es así en Beda: Atque interna caritate perfusi, maluerint*
 hac consolatione contenti pro supplendo fratrum numero hactenus sua gaudia differri.

x ms. lib. 3, cap. 19.

y *El texto del Damasceno dice así: Nam quia Deus iustus est, sustinentibus quo-
 que ipsum mercedem persolvat. Ac, siquidem anima sola in virtutis palaestra decertave-
 rit, sola quoque coronam obtinebit; et si sola in voluptatibus sese volutarit, sola quoque
 merito poenas luet. At cum nec existentiam inter se discretam habuerint, nec anima vel
 virtutem vel malitiam sine corpore gesserit, merito proinde ambo simul aut praemiis
 aut poenis afficientur.*

- tem venturura tempus/ estatis (z) quomodo non sequitur; cum autem Christus apparuerit, vita vestra, et vos apparebitis cum/ ipso in gloria [Col 3,4]. Sumus ergo recti corde, tempus gloriae nostrae nondum venit; dicant/ amatores (a) huius saeculi quales erant fratres dicti; tempus vestrum semper est paratum/ tempus meum nondum advenit [Io 7,6].
- 35 Audiamus et nos hoc dicere quomodo corpus Domini sumus, quomodo membra eius sumus; quomodo caput (b) nostrum gratantes agnoscimus,/ dicamus prorsus quoniam et propter nos et ipse dignatus est hoc dicere quando insultat/ amatoribus huius saeculi, dicamus eis: *tempus vestrum semper est paratum*, tempus meum/nondum advenit [Io 7,6]; nobis enim dicit Apostolus [Col 3,3]: mortui estis et vita vestra abscondita/ est cum Christo in Deo (c). Certe mortui sed vivi in radice
- 40 attendens autem venturum/ tempus estatis quomodo sequitur et dicat cum apparuerit Christus, vita vestra, tunc et vos/ apparebitis cum ipso in gloria [Col 3,4]. Simus igitur recti corde; tempus gloriae nondum advenit; dicat amatoribus huius saeculi quales fuerant fratres Domini; tempus vestrum semper/ paratum est, tempus meum nondum advenit [Io 7,6]; audiamus et nos hoc dicere: quomodo corpus/ Domini sumus, quomodo membra eius sumus, quomodo caput eius gratantes agnoscimus/ [fol. 9r] dicamus prorsus quando et propter nos et ipse dignatus est nobis hoc dicere quomodo nobis/ insultant amatores huius saeculi, dicamus eis tempus vestrum semper est paratum/ tempus nostrum nondum advenit [Io 7,6]; nobis enim dicit Apostolus [Col 3,3s]: mortui estis (d) et vita/ vestra abscondita est cum Christo
- 5 in Deo; quando veniet tempus vestrum, cum Christus/ inquit apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Item/ ad hoc sunt multae glosae, VII I Cor. 4[,5]: *nolite ante tempus iudicare* quoad usque/ veniat Dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit/ consilia cordium; dicit glosa: consilia cordium, id est bonas cogitationes, quia/ gesta et cogitata bona vel mala tunc erunt aperta
- 10 quia tunc erunt nota/ omnibus et poterunt iudicare de se et de aliis et tunc unicuique erit salus/ et remuneratio a Deo. Item supra illud secunda (e) Cor. 5[,1]: *scimus quod si terrestris domus/* nostra huiusmodi habitationis dissolvatur, quod edificationem a Deo habemus, domum/ non manufactam eternam in celis; dicit glosa: sensus est quod habemus edifi/cationem, id est domum animae, id est corpus immor-

z ms. astatis

a ms. amatorem

b ms. capud

c

Todos los renglones desde Certe mortui... de la línea 30 hasta ...cum Christo in Deo de la 39, los vuelve a repetir desde la línea 39 de este folio hasta la 4 del siguiente, con alguna que otra variante meramente estilística, como puede verse. Sólo hay una variante en cuanto al sentido. En las líneas 30-31 dice: Attende autem venturum tempus estatis, quomodo non sequitur, cum autem Christus apparuerit [...]. En cambio en las líneas 39-40: attendens autem venturum tempus estatis quomodo sequitur et dicat cum apparuerit [...], que, como se ve, es la frase contradictoria de la anterior. El sentido pide la segunda reducción; pero hemos preferido conservar el texto íntegro del manuscrito.

d ms. est

e ms. I Cor.

- 15 tale, in quo resurgente semper/ erimus; domum dico non manufactam, id est humano ingenio productam, nec/ humanis fomentis auctam, sed a Deo ineffabiliter compactam eternam, quia/ ab eterno in Dei, dispositione factam et ab eterno nobis paratam; et illam habebimus/ in celis, id est inter celestes, scilicet, inter angelos. Item illud ibidem sequitur: *nam/ et qui sumus in tabernaculo isto ingemiscimus gravati*
- 20 *eo quod nolumus expo/liari, sed supervestiri ut absorbeatur quod mortale est a vita [2 Cor 5,4]; dicit glosa/ : sensus est : sic vellemus fieri immortales, si fieri posset, ut iam veniret/ immortalitas, et modo sicut sumus mutaret nos quia si a malis ad bona/ transimus, ipse tamen transitus amarus est; unde dicit : nolumus expoliari sed/ supervestiri, quasi terrena cuncta gemo, ad celestem festino; illa volo/ accipere, istam volo dimittere; sic autem nolo expoliari sed supervestiri, tamen/ ita ut sub incorruptione maneat corruptio. Sed ut (f) absorbeatur quod/ mortale est a vita [2 Cor 5,4] ut nusquam sit mortalitas nec supra nec intra. Idem/ super illud quod sequitur, scilicet : *audentes igitur semper et scientes* (f) quoniam dum sumus in/ hoc corpore peregrinamur a Domino, per fidem enim ambulamus et non per speciem [2 Cor 5,6s] (g).*
- 30 *Addemus/ autem et bonam voluntatem habemus et magis peregrinari a corpore et praesentes esse/ ad Dominum et ideo contendimus sive absentes sive praesentes placere illi; dicit/ glosa : sensus est : ut laboremus et hic et illic placeamus illi, et sic expedit/ omnes enim nos scilicet malos et bonos, manifestari oportet ante tribunal Christi,/ id est ante iudicem Christum ad quem ut unusquisque scilicet bonus et malus, referat/ ad similitudinem messorum propria corporis sui ut gessit [2 Cor 5,10]; glosa scilicet : plus vel minus/ sive bonum sive malum; glosa, id est referat ea quae gessit pro corpore id est pro tempore/ corporis. Item super illud I Cor. 15[,20] : *primitiae* id est Christus; glosa : Christus erat in/ resurrectione et primus tempore et maximus dignitate. Denique hii qui sunt Christi [1 Cor 15,23]; glosa : / qui sunt Christi : exponit, dicens : *qui in adventu eius crediderunt;**
- 40 *glosa : id est, Christum ad/ remunerandum bonos venturus crediderunt; deinde finis*; glosa : id est, consummatio/erit, et ad commendationem resurrectionis hoc ponit, quia impleta et finis/ erit mundi et consummatio omnium; *et hoc erit cum Christus tradiderit regnum Deo/ et Patri*; glosa : id est, cum perduxerit credentes ad contemplationem Dei Patris ubi est/finis omnis et requies sempiterna et gaudium; vel cum tradiderit regnum Deo/[fol. 9v] Patri cum perduxerit credentes ad speciem deitatis, in quibus nunc regnat Deus per fi/dem quia tunc revelabitur a Filio (h) Pater, unde nemo vidit Patrem nisi Filius et/ cui voluerit Filius revelare [Mt 11,27]; ubi essentia Filii cum Patre et Spiritu Sancto videbitur/ quod solis mundis corporibus dabitur, quod est summa
- 5 *beatitudo. Sequitur : et tunc erit/ finis cum evacuaverit omnem potes-*

f ms. Sed ut am absorbeatur..., tachado el am con tres puntos debajo.

f ms. audientes igitur semper et scientes

g ms. spem. Véase la segunda nota d del segundo sermón.

h ms. a Filius

tatem et principatum et virtutem [1 Cor 15,24]; glosa: Cum durat/
mundus angelis [angeli] (i) praesunt, demones demonibus, homines ho-
minibus, ad utilitatem viven/tium vel deceptionem, sed, omnibus co-
llectis, omnis praelatio cessabit, quia necessaria non/ erit. Sequitur au-
tem quasi dicat: *tunc aperte omnis regnabit*, sed interim oportet
illum/ regnare; glosa: occulte. *Donec ponet in futuro omnes inimicos*
10 suos [Ps 109,1]; glosa: id est, vo/luntarios vel coactos sub pedibus,
id est, sub plena subiectione vel sub humanitate/ sua; ut cognoscant
ipsum reverenter et honorent et ipsum Dominum et ipsum hominem et/
regem omnium agnoscant; et est sensus: interim oportet regnum eius
mani/festari, donec eum regnare fateantur omnes inimici eius; illi sci-
licet qui ex in/justis justificantur et ei fide subduntur; et illi qui per-
15 tinent ad beatitudinem istorum/ et ipsa regni eius manifestatione con-
fusi fatebuntur; donec et majorem excludit/ manifestationem regni,
non autem ampliozem permanere. Item et dictum est: oculi/ nostri ad
Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri [Ps 122,2]; non
ut tunc advertantur cum misertus/ fuerit, sed ut nichil amplius inqui-
ratur. Sequitur: *Novissime autem inimica/ mors destruetur* [1 Cor 15,
20 26]; glosa: Iterum commendatio resurrectionis est hic, quasi di/cat:
modo regnat Christus et tunc sequitur mors in vita; glosa: cui mutan-
tur/ vel ipsa nobis destruetur novissime, quia non erit quod destruat
praeter quam mortale/ hoc induerit immortalitatem [1 Cor 15,54], quia
amplius non dissolventur homines sicut haeretici/ arbitrantur. Sequi-
tur infra: *Cum autem subiecta fuerint ei omnia, tunc et ipse Filius/*
25 *erit subiectus illi, qui sibi subiecerit, ut sit Deus omnia in omnibus*
[1 Cor 15,28]; glosa: Cum/ omnia illi subiecta fuerint, id est, sub-
iecta illi esse innotuerunt; tunc ille erit/ illi qui sibi subiecit omnia
in omnibus subiectus; glosa: innotescet illi subiectus/ esse secundum
formam servi, cui est aequalis secundum formam Dei. Sequitur *ut sic/*
glosa quasi dicat: tunc erat subiectus, ita ut secundum alteram natu-
ram, scilicet, divinam/ sit Deus unus cum Patre et Spiritu Sancto;
30 erit omnia; glosa: quae desiderari possunt/, in omnibus; glosa:
membris suis, quia premium veritatis erit ipse qui dedit virtutem/ quia
Deus erit; unde satiabuntur omnia; glosa: quae honeste desiderantur
quia Deus et/ erit vita et salus et virtus et copia et gloria et honor et
pax et finis/ desideriorum et omnia bona et haec erit in omnibus; haec
ibi. Videte ergo quid sent/iunt sancti in materia ista nec reputetis mo-
35 dicum gaudiorum quod animae sanctae/ vident in celo Christi huma-
nitatem, cum Petrus, sola visa illius corporis/ claritate et formositate
in transfiguratione, quasi demens stans ex tanta de/lectatione, dixit:
Domine, bonum est nos hic esse; faciamus tria tabernacula. Haec/
dixit nesciens quid dixerat, ut habetis Mt. 17[,4]. Unde magnum gau-
dium est vi/dere Christum glorificatum in celis et in quem desiderant
40 angeli prospicere; sed gau/dium istud non erit plenum usque ad diem

i en ms. falta angeli; pero, por el paralelismo con los demás miembros siguien-
tes, se ve que es una omisión. Por eso lo hemos puesto.

Judicii. Tunc enim sancti intrabunt/ in gaudium domini sui. Hoc est ad quod Salvator nos ortatur Joh. 16[24] : peti/te ut gaudium vestrum sit plenum. Videtis ergo quot et quanta testimonia/ sint hic adducta et si aliqui vellent dicere quod non ; nunc sancti intrant in gau/dium Domini sui videndo deitatem, sed intrabunt plenius et perfectius resumptis/

1 [fol. 10r] corporibus. Frater, dico quod sine praejudicio conferendo, et salva veritate, quod pro/ nunc non vident sancti deitatem, unde licet sint diversi gradus in beatitudine, quia/ sanctus unus videbit clarius alio, iuxta illud : in domo Patris mei mansiones multae/ sunt [Io 14,2], et iuxta illud ad Cor. 1.^a epistola, c. 15[41] : alia est claritas solis, etc.

5 Unde Christus/ homo clarius videbit, et post ipsum beata Virgo et consequenter alii, secundum quod plus vel/minus magis dilexerunt Deum, cum in gradu suo quilibet etiam plene et perfecte be/atus et satiatus sua befa/titudine sit. Ita quod nichil amplius appetet/ nec crescet beatitudo illius gradus ex quo sancti (j) deitatem viderunt. Etiam/ si dicas quod nunc animae recipiant illud gaudium, mirabile est istud, quod/

10 fieret executio antequam inferretur sententia, et esset ordo perversus ; et si dicas quod/ dabitur tunc sententia, etiam esset ordo perversus propter corpus ; istud est magis mira/bile ,cum corpus nichil faciat ad beatitudinem animae cum nullo possit vi/deri deitas oculo corporali et per consequens nec augeri posset gloria animae per resup/rrectionem corporis, immo nec illam resurrectionem captaret si modo videret/

15 deitatem ; dicunt enim quod tanta est pulchritudo divinitatis, quod si demon/ posset videre nichil pateretur penae ; et multo magis possumus dicere, quod anima/ non curaret de corpore. Dicturus est enim in fine Christus : *venite benedicti/* Patris mei percipite regnum [Mt 25,34], etc. et quomodo diceret hoc si ante percepissent. Non enim/ videtur adeptio regni praecedere sententiam, sed potius consequi ut non sit

20 ordo/ perversus. Quid ergo dicemus nescio aliter quam Augustinus dicit in materia ista. Unde/ non video adhuc quod animae videant divinitatem usque post iudicium, sed dico [cum]/ Augustino, quod si decipior hic, qui melius sapit corrigat me. Mihi aliud/ non videtur nisi ostenderetur determinatio ecclesiae contraria vel auctoritates sa/crae Scripturae quae hoc clarius dicerent quam dicant supradicta. Rogabi-

25 mus/ Dominum nostrum Jesum Christum, etc. [...]

j Palabra de interpretación dudosa en el ms.